



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regulae Societatis Iesu**

**Angeli, Bernardo d'**

**Romae, 1616**

Regulæ Peregrinorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](#)



# REGVLAE PEREGRINORVM.



Peregrinatio-  
nis finis.



I Ersuadeant sibi, peregrina-  
tionis finem non tam esse  
corporis defatigationem,  
& vt multum iter cōficiant,  
quam vt ex ea fructum ali-  
quem spirituālē percipiānt:  
atque ex eo fine, & iter ipsum, & ceteros pe-  
regrinationis labores moderentur.

Litanīe, vel 2 Litanias simul omnes quotidie in ipso  
itinerarium. itineris ingressu, vel Itinerarium dicant; nec  
orationem, & consueta examina prātermit-  
tant, & alias etiam Regulas obseruent, quan-  
tum ratio itineris permittet.

In itinere me- 3 Studeant frequenti oratione, & medi-  
ditatione, & tatione comitem itineris sibi Christum face-  
pijs colloquijs re: & colloquijs interdum pijs, & religiosis,  
subleucatur. ac lectione alicuius libri pij molestias itineris  
leuare

leuare poterunt. Quod si cum externis in via, aut in hospitijs egerint, meminerint proportione sui gradus, habita ratione temporis & personarum, sermones de rebus spiritualibus inducere, & fructum aliquem, quoad poterunt, efficere.

4 Eleemosynas simpliciter pro Christi amore petant; vt omni spe illa abiecta, quam in pecunijs, & rebus creatis habere possunt, integre, vera cum fide & ardenti amore eam in suo Creatore, ac Domino constituant; memores, à Christo Domino Apostolos sine facultate, & pera missos; ipsum etiam Dominum non habuisse, vbi caput reclinaret.

5 Indigentia, & penuria rerum corpori necessiarum probari exoptent, vt ad incommunitatem cibi somniue capiendi libenter assuefiant: iniurias vero, illusiones, & opprobria, quæ in itinere inferri contigerit, patienter cum Dei gratia ferant, gaudeantque, materiam præberi sibi imitandi aliquo modo Christum Dominum, eiusque vestibus, atque insignibus seipso induendi.

6 Qui maioribus pollent ad viam peragendam viribus, eos, qui sunt infirmiores, subsequi & non præcedere debent: & iter cuiusque diei horum debilium infirmitate commensuretur. quod si quis viribus destitueretur, iumento, aut alia ratione iuuari debet: qua in re non qualitatis personarum,

In Exam.c.4.

§.12.

Eleemos. quo modo petent.

In Exam.c.4.

§.12 &amp; 26.

Indigeniam, penuriam, &amp; iniurias patienter ferant.

Ibid. §.44.

Debiles vt subleuandi.

sed necessitatis , & caritatis fraternæ ratio  
est habenda .

*Quid cum in  
morbum inci-  
derint .*

7 Si quis in morbum incideret, ita ut vi-  
terius progrexi non posset, nec expediret re-  
liquos ibi moram trahere ; si vicinum esset  
Collegium, aut Domus Societatis, eo esset  
æger ( si modo morbus patiatur ) deducen-  
dus : alioqui aliquis ex nostris illi erit socius  
relinquendus , vt consolationi ei sit , & auxi-  
lio : ægro autem viribus restituto , cœptum  
iter ambo prosequentur .

*Inuitati, ver-  
bis, & exem-  
plo hospites  
ædificant .*

8 Si in via ab honesto, & pio amico inui-  
tarentur, posset, qui præst, hospitalitatis be-  
neficium admittere : tunc autem curare de-  
bent verbis, & religioso exemplo hospites edi-  
ficatos in Domino relinquere .

*Sobrietas, mo-  
destia, & ædi-  
ficatione .*

9 Eiusdem ædificationis , & exempli in  
omnibus hospitijs meminisse debent, sobrie-  
tatis etiam in mensa , & modestiae in conuer-  
satione nunquam obliuiscantur .

*Bonum exem-  
plum .*

10 Cum in itinere ad Collegia , vel Do-  
mos Societatis diuertent, studeant omnes bo-  
num ædificationis odorem exemplo vitæ , ac  
morum, nostris relinquere . De rebus vero  
aut personis aliorum Collegiorum , aut Do-  
morum nihil loquantur , aut tractent, nisi ad  
ædificationem .

*In locis no-  
strorum nil ab  
externis pe-  
nendum .*

11 Si transferint per locum, vbi Domus,  
aut Collegium Societatis sit, nihil ab exter-  
nis , nec pro se, nec pro alijs petant , aut ac-  
cipiant

cipient sine facultate Superioris eiusdem Do-  
mus , vel Collegij .

12 Omnes alij , qui iter faciunt ex nostris , Iter facientes  
equites , aut pedites , has regulas peregrino- has regulas  
rum suo modo , quantum fieri potest , etiam feruent .  
seruent : & tam peregrini , quam reliqui , qui  
iter faciunt , patentes literas sui Superioris  
habere curent .



R E-